



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Camera Apostolica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

ret, si fuit facta ab Episcopo, id est à suo Secretario, cum sigillo Episcopi, tamen absque subscriptione Episcopi.

Respondetur ex Nav. *conf. 1. de fide infra.* quòd sic, & collatio potest probari per testes etiam sine alia scriptura, decif. Rot. 38. *de prob. in antiquis, Cov. pract. q. ca. 22. num. 9.*

BRACHIUM SÆCULARE.

Primò, dubitatur quot modis possit possit Judex ecclesiasticus implorare brachium sæculare?

Respondetur primò contra perseverantes per annum in excommunicatione, & in aliis criminibus, ad quod tenetur Judex sæcularis. Afflict. *in Constit. Pactarenorum, num. 55. & adest Capitulum Regni, quod incipit: Item statuimus, quòd si contingat. Doct. in cap. contingit, de dol. & contum. & ca. grave de pœn.*

Secundò, quando Judex ecclesiasticus implorat, prout in Conc. Trid. *sess. 25. cap. 5. in ult. de regul.*

Tertidò, quando Judex sæcularis tenetur prestare Judici ecclesiastico petenti hoc brachium ad capiendum excommunicatum, vel hæreticum, & an hoc facere debeat Judex sæcularis, nisi prius videat acta judicis ecclesiastici, & quid iudice Apostolico delegato idem petentem, vide per extensum Afflict. *in const. post mundi, à num. 43. & infra.*

Quartò, an Judex ecclesiasticus tenetur juvare iudicem sæcularem muncrone ecclesiastico, videlicet per interdictum, vel excommunicationem con-

tra rebelles, & inobedientes ipsi iudici sæculari, nisi prius visis actis, vide eundem *ibidem, num. 51. & infra.*

Quintò, quando Judex ecclesiasticus implorat auxilium iudicis sæcularis pro executione sententiæ à se latæ, Covar. *pract. qu. ca. 10. nu. 2. ver. 3.*

CAMPANA.

Campana potest pulsari à custode, ut milites ad bellum exeant de mandato magisteriæ potestatis, Hostiens. *in sum. tit. de offic. cust. num. 1. hinc fit, Episcopum posse dare licentiam sonandi campanam ad arma sumenda contra maleficos absque periculo irregularitatis, etiam si inde sequatur mors, vel mutilatio, quia hoc est satis remotum, & potius hortari, quàm occidere, vel mutilare, capitulo falsas, de pœnit. distinct. quinta, & in titulo de treug. & pac. vide Reb. *tit. de miss. in poss. n. trigesimo secundo.* Sed Episcopus debet hoc concedere seridò, & non leviter consideratis circumstantiis necessariis, quia campana est inventa pro congregandis populis ad divinum cultum, & pro aliis, prout in Pontificali habetur in ejus benedictione, per accidens verò permissitur, prout dictum est *sup.**

CAMERA APOSTOLICA.

AD Reverendam Cameram Apostolicam spectant bona personarum ecclesiasticarum, decedentium ab intestato sine licentia testandi, Paul. III *Bul. 31 quæ incipit, Romani, & bona etiam*

acquisita ex illicita negotiatione Pii IV. Bull. *quæ incipit, Decedens*, & bona residentium in eorum Ecclesiis, ejusdem Bull. 115, *quæ incipit, In suprema*, bona religiosorum quoque extra claustra degentium, Greg. XIII. Bull. 44. *quæ incipit, Officij nostri*, proventus etiam Ecclesiarum, & monasteriorum pro tempore, quo vacant ejusdem Bull. 72. *quæ incipit, Cùm sicut accepimus*. bona etiam de quibus Pius V. Bull. 44. *quæ incipit, Romani*, & Sixt. V. Bull. 3. *quæ incipit, Cùm hodie*, vide in *vers. beneficia*, §. 6. *vers. quoad secunda*, & melius *in vers. spolia*, per *extensum*.

CANONICA.

Primò, Canonici an possint disponere de bonis mensæ capitularis sine consensu portionariorum, seu hebdomadariorum? Respondetur, quòd sic, ita Caputaqu. *dec. 85. num. 1.* & ita dicit fuisse tentum Romæ die 23. Maji, 1552.

2dò, an Episcopus, & suus Vicarius generalis, sit pars Capituli? Respondetur, quòd non, sed sunt diversi. Cardin. in *Clem. ut hi qui*, §. *illi verò*, *ver. quarto decimo*, in *fin. de etat. & qual. Rotæ dec. 380 in antiquis*, Caputaqu. *decis. 183. par. 1.* hoc tamen intellige in odiosis, secus in favorabilibus: nam appellatione capituli bene venit Prælati, sicut appellatione familiæ venit Dominus, *l. familia. ff. de verb. sign.* & appellatione exercitus venit Dux, vel Princeps belli, *l. 2. in prin. ff. de his, qui nom.* & appellatione monachorum, venit Abbas *ca. si.*

de sim. ca. ex ore, de *privileg. ca. post electionem*, de *concess. prab. Gom. in ca. 1. nu. 110. de const. l. 6. gl. in ca. irrefragabili*, §. *excessus*, in *ver. capitulum*, de *offi. ord.* dicitur Episcopum esse de capitulo, & caput ipsius, *Selua 2: p. qu. 16. nu. 17. Staph. fol. 2. nu. 4.*

Tertio, an Canonicus Ecclesiæ cathedralis dicatur in dignitate positus? Respondetur, quòd non, stricto modo loquendo, sed largo, *Gom. in ca. statutum*, nu. 2: de *rescript. lib. 6: vide in ver. dignitas*.

Quarto, in tota republica christiana, qui Canonici dicuntur digniores? Respondetur ex *fac. Cong. declar. 90. in meis*, in hæc verba, *Canonicatus collegiatus in Romana civitate est dignior canonicatu cathedrali alterius civitatis*, & idem in facto fuit responsum ab eadem *fac. Congreg. de mente summi Pontificis Episcopo Bossanensi in declar. in meis*, nu. 404.

Quinto, an Canonici possint inservire per substitutos, vel alternatim unus pro alio? Respondetur à *fac. Cong. declar. 450. in meis*, in hæc verba, *Si factum est aliquod statutum, quòd Canonici possint inservire per substitutos, vel alternatim unus pro alio, nec habeatur ejus ratio, quia est contra concilium, ut est videre sess. 24. c. 12. §. omnes verò*.

Sexto, an possit retineri canonicatus cum parochia? Respondetur, quòd non, prout patet superius in *ver. beneficium*, §. --- *conc. 7. & 8.* & *fac. Cong. declar. 396. in meis*, ita censuit, in *petitione Canonicorum Aquensium, ut residentes in canonicatu possint retinere parochias* (nihil)